Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



143

c xxiij

Dñica prima post octāv pēch.

Domine in tua mi sericordia sperav et exultabit cor meū in salutari tuo cantabo dño qui bona tribuit mihi. Ps. Usquequo dñe obliviscerīs me in finem usquequo avertis faciem tuam a me.

Deus in te sperantū Or. Ō. fortitudo adesto piis invocationibus nris et quia sine te nihil potest mortalis infirmitas presta auxilium gre tue ut in exequendis mdatis tuis et voluntate tua et actione placamus. P. dn. sām dn. s. trinitate. iij. Con cede quās. vel Adesto. Dphis.

c. xxxv.

Rmi. Deus caritas est hoc apparuit caritas dei in nobis. Quōm filium suum unigenitum misit deus in mundum ut vivamus per eum. In hoc est caritas dei. Non quasi nos dilexerim dm. sed quōm ipse prior dilexit nos. Et misit filium suum propitiationem pro peccatis nris. Rmi. Si sic deus dilexit nos. et nos debemus invicem diligere. deum nemo vidit umquām. Si diligamus invicem: deus in nobis manet et caritas eius in nobis perfecta est. In hoc intelligimus quōm in eo manemus et ipse in nobis. Quōm de spiritu suo dedit nobis. et nos vidimus et testificamur quōm pater misit filium suum salvatorem mundi. Quisqs confessus fuerit quōm ihsus est filius dei. deus in eo manet. et ipse in deo et nos cognovimus et credimus caritati quōm habet deus in nobis Deus caritas est. et qui manet in caritate in deo manet et deus in eo. In hoc perfecta est caritas dei nobiscum. ut fiduciam habeamus in die iudicij. Quia sicut et ille est et nos sumus in hoc mundo Timor non est in caritate sed perfecta caritas foras mittit timorem. Quōm timor penam habet. Qui autem timet nō est perfectus in caritate. nos autē diligamus dm. Quōm ipse prior dilexit nos Si qs dixerit quōm diligo deum. et fratrem suum oderit mendax